

Passage 2: *Laudatio Turiae*, 2a-9a

Passage 2, Tier 1

Ō Tūria, cum ego fugiēbam, tū **auxilia** mihi dedistī. Fuga mea erat difficilis, sed tū multa auxilia mihi dedistī.

Tū **aurum** et **margaritās** multās et pulchrās habēbās. Cum vīta mea erat magnō in periculō, tū vītā meā **ōrnāmentis instrūxistī**. Tū **dētraxistī** aurum et margaritās ā corpore tuō. Quamquam aurum et margaritae erant pulchrae, tū tradidistī mihi haec ōrnāmenta (dētracta ā corpore tuō), quod vīta mea erat magnō in periculō.

Deinde ego aberam et ego miser nōn poteram esse tēcum. **Adversārii** meī erant multī. **Cūstōdēs** adversāriōrum mē custodiēbant. Propter cūstōdēs impossibile erat mihi tē vīsītāre. Propter cūstōdēs adversāriōrum, impossibile erat tibi mē vīsītāre.

Tū, autem, cūstōdēs **dēcēpistī**, quod tū erās **callida**. Cūstōdibus callidē dēceptis tū mē **locuplētāstī**. Tū locuplētāstī absentiam meam familiā. Tū locuplētāstī absentiam **nummīs** et **fructibus**.

Quamquam adversārii erant crūdēlēs, tū prō vītā meā **rogābās** dum ego aberam, quamquam erat **periculōsum** rogāre prō vītā meā. Cūr tū **virtūtem** magnam habēbās, et haec virtūs tē **hortābātur** ut prō vītā meā rogārēs.

Tū verba contrā adversāriōs meōs parābās. Adversārii meī verba tua audīvērunt et verbis tuis **victi sunt**. Propter tē adversārii **clēmēntiam** mihi dedit. Clēmēntia adversāriōrum mē **mūnibat**, quod tū verba contrā adversāriōs parābās.

Animus tuus erat firmus. Haec firmitās animi semper erat in vōce tuā et in verbis tuis. Semper

auxilia: help, aid

aurum: gold

margaritās: pearls

ōrnāmentis: with the things I needed, with provisions (obtained by through her jewelry)

instrūxistī: you provided

dētraxistī: you took off

adversārii: enemies

cūstōdēs: guards

dēcēpistī: you deceived

callida: smart, clever

locuplētāstī: you enriched (locuplēvistī)

nummīs: with coins

fructibus: with provisions

rogābās: you were asking

periculōsum: dangerous

virtūtem: strength of character, virtue

hortābātur: was encouraging, urging

victi sunt: were conquered, were persuaded

clēmēntiam: mercy

mūnibat (muniēbat): was strengthened

animus: mind

vōx tua **ēmissa est** firmitāte animī. Haec firmitās animī adversāriōs meōs vīcit.

Milō domum habēbat. Cum Milō erat **exsul**, ego domum eius **potītus sum**. Potītus sum domum Milōnis **ēemptiōne**. Quamquam erat exsul, Milō irātus mihi erat quod domum eius potītus eram.

Mox erat bellum cīvile in Italiā. Inter bellum cīvile, Milō exsul mīsit **agmen** hominum ad domum dum ego aberam. **Occāsiōnibus** bellī cīvīlis, hoc agmen **irruptūrum erat** domum et etiam **dīreptūrum erat** domum, dum tū in hāc domō habitābās. Tū autem nōn fūgistī agmen irruptūrum et dīreptūrum domum, sed domum nostram dēfendistī, et tū agmen hominum **reiēcistī**!

Et virtūs tua et firmitās animī erant magnae!

ēmissa est: was released, sent forth

exsul: an person in exile

potītus sum: I obtain, got possession of

ēemptiōne: through purchase, by purchasing (it)

agmen: a mob, a posse

occāsiōnibus: on the occasion of...

irruptūrum erat: were going to break in

dīreptūrum erat: were going to plunder, rob

reiēcistī: you drove back, you threw out

Passage 2, Tier 2

[Tu] **amplissima subsidia** fugae meae **praestitisti**.

[tu] ornāmentis vītam meam instrūxisti,
cum [tu] trādidisti mihi omne aurum margarītaque
corpori tuō **dētracta**
et **subinde** absentiam meam locuplētāstī.

familiā,

nummīs,

fructibus,

callidē dēceptis cūstōdibus adversāriōrum,

[Tu] prō vītā [**meī**] **absentis** rogābās

—quod virtūs tua tē hortābātur

ut [tu] **cōnārēre** [prō vītā meā rogāre].

Verbīs tuīs victa

clēmētiā eōrum mē **mūnībat**,

contrā quōs [adversāriōs] [tu] **ea** parābās.

tamen vōx tua semper ēmissa est firmitāte animī.

Intereā agmen ex **repertis** hominibus ā Milōne,

cuius [Milōnis] domūs [ego] potītus eram **ēemptiōne**

cum [Milō] esset exsul,

belli cīvīlis occāsiōnibus

[tu] **prōsperē** reiēcisti

[agmen] **irruptūrum et direptūrum** [domum]

et [tu] dēfendisti domum nostram.

amplissima subsidia: plentiful help, much aid

praestitisti: you discharged, provided

dētracta: taken off, pulled off

subinde: repeatedly

callidē: cleverly

meī absentis: of me when when I was absent

cōnārēre (cōnārēris): (that) you try

mūnībat: strengthened

ea: these things, these statements (*verbīs tuīs*)

repertis: chosen, selected

ēemptiōne: with a purchase, by a sale

prōsperē: successfully

irruptūrum: intending to break in

direptūrum: intending to plunder

Passage 2, Tier 3

- 1 Amplissima subsidia fugae meae praestitisti. Ōrnāmentis
2 vītā meam īnstrūxisti, cum omne aurum margarītaque
3 corpori tuō dētracta trādidisti mihi—et subinde familiā,
4 nummīs, frūctibus, callidē dēceptīs adversāriōrum
5 cūstōdibus, absentiam meam locuplētāsti. Prō vītā rogābās
6 absentis—quod ut cōnārēre virtūs tua tē hortābātur.
7 Verbīs tuīs victa mē mūnibat clēmētiā eōrum, contrā
8 quōs ea parābās. Semper tamen vōx tua est firmitāte animī
9 ēmissa. Intereā agmen ex repertīs hominibus ā Milōne,
10 cuius domūs 10 ēmptiōne potītus eram cum esset exsul,
11 bellī cīvīlis occāsiōnibus irruptūrum et direptūrum
12 prōsperē reiēcisti et dēfendisti domum nostram.
13
14
15